



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri
apostatæ super actis Ratisponæ**

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Luther ab initio haeresim habuit in cerebro & pulmone.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

de eucharistia, Zuinglius ad Hofandrū, Zuinglius in subsidio de eucharistia. Idem ad Urbanum & Pillicanem, Luther de eucharistia contra Oecolampadium, Bugenhagius de eucharistia: Et quæ egit contra Bucer, quem accusat falsarium, q̄ Anno dñi 1526. verterit commentarios illius in Psalmos. Illa enim sunt mihi reseruāda vsq; quo & hūc maximum dolum Bucer patefaciam, qui circuit mare & aridam, sursum deorsumq; cucurrit, vt simulatam quandā & fictam attentaret concordiam inter Zuinglianos Sacramentarios & Ludderanos, quā nec illustrissimus Cattoꝝ princeps potioribus vtriusq; partis vocatis potuit conficere: sicut non credo inter eos factam concordiam ex aīo vsq; in hanc diem, sed solum ore ac verborū sophismatibus & miris inuolucris fingunt se vnus esse sententiæ, cū maxime discordent. Hos enim dolos antiquus serpens Buceero inspirat, apto proditionis organo.

Ecce iacta
ta hæresis
corum cōs
stantia.

Orditur autē à Luthero, qui nihil ab initio, nisi in prædicandis veniis impudentiā redarguebat. At quomodo non pudefit Bucer mentiendo, Lutherum nihil redarguisse nisi venias: Cur ergo tot obelis iugulaui eius primas conclusiones, in quibus tot hæreses sparserat? Cur oīm studiorum doctores in eum surrexerunt, qui ob solas indulgētias, nō tam multi, tam vehementer se Luthero obiecissent? At ingratiā catholici lectoris, vt videat Lutherū ab initio plenum fuisse hæresibus & nunq̄ fuisse bonū, vt ei non possit prodesse Butzij excusatio, saltem aliqua illius errata ex primis suis conclusionibus adferamus.

bb. 4

Initia Lutheri.

Errores primi Lutheri.

1. Verbum Christi, pœnitentiam agite &c. non potest de sacramentali pœnitentia intelligi.
2. Papa non potest remittere vllam culpam, nisi declarando & approbando illam remissam à deo.
3. Zizania illa de mutāda pœna canonica in pœnā purgatorij vidētur dormientibus episcopis seminata.

4. Moris

4. Morituri per mortem omnia soluunt.
5. Imperfecta charitas morituri necessario secum fert magnum timorem, qui satis est se solo facere pœnam purgatorij.
6. In purgatorio est prope desperatio: in expositione dicitur quod sit desperatio.
7. Animabus in purgatorio sicut minuitur horror, ita augetur charitas.
8. Non est probatum ullis rationibus aut scripturis, quod sint extra statum merendi.
In declaratione dicit eas sine intermissione peccare.
9. Nec animæ in purgatorio sunt certę de sua beatitudine & securæ.
10. Papa per remissionem plenariam pœnarum intelligit à seipso tantummodo impositarum.
11. Papa animabus in purgatorio nullam remittit pœnam, quā in hac vita debuissent soluere secū dū canones.
12. Qualem potestatem habet Papa in purgatorium generaliter, talem habet quilibet episcopus & curatus in sua dioccesi & parochia specialiter.
13. Quilibet Christianus vere compunctus habet remissionem plenariam à pœna & culpa.
14. Thesauri ecclesię, unde Papa dat indulgentias, non sunt merita Christi, & sanctorum.

Luther iā
negat purgatorij.

Responde
Bucer.

Hic clare liquet Lutherum non solū in venijs, sed multis alijs defecisse, Anno domini 1517, potissimum de pœnitentia, de statu merendi, de purgatorio: licet dum quotidie in peius proficeret, in hanc tandem venit dementiam, ut omnino negaret purgatorium cum Pighardis, quos toties ob id vocauerat hæreticos, Anno gratiæ 1530. sicut eius erroribus tūc mox respondi. Quid tu facis Bucer, magister tuus iactauit in disputatione Lipsica, Anno dñi 1519. se scire esse purgatorij, et quod certus esset de purgatorio: cur vos modo